

træ Angliæ magistratus, Gubernator nouæ Franciæ Cañadēsis, versus Kébecum; Nunc per litteras me tibi sisto, ut te obsecrem et obtester per Genium illum sum̄æ erga omnes, sed præsertim erga nouam nostram Franciam humanitatis, quem fælicissimæ simul et apud omnes suauissimæ memoriæ Dominus Wintrop, in te, tanquam in suo ex asse hærede, superstitem reliquit, ne recuses Patrocinium tuū causæ quæ me in has oras adduxit --- Ea nempe est quam Parens tuus suauissimæ memoriæ per litteras, quas dedit, nomine Reip. vestræ, ad Dñū nostrū Gubernatorem in novâ Franciâ Kébecensi, inchouait ab anno 1647^o; et quam iamdiu perfecisset, nisi mors eum intercepisset, vt a multis viris grauib; accepi; eo scili-